Status Nostri prædicti, uti Præfectum, necnon dilectos filios Magistros Ludovicum Merlinum modernum Pro-Auditorem, ac pro tempore existentem Romani Pontificis Auditorem, et in locum aliorum Prælatorum tenore præsentium a Nobis amatorum, Marium Millinum Cappellanum Nostrum, et Causarum Palatii Apostolici Auditorem, Joannem Baptistam Mesmerum Cameræ Nostræ Apostolicæ prædictæ Clericum Præsidentem, necnon Franciscum Felicem Amadeum Signaturæ Nostræ Justitiæ Votantem, cui etiam munus Secretarii hujus Congregationis adjungimus cum Voto, firmis pariter remanentibus moderno, et pro tempore existente Promotore Fiscali generali dictæ Urbis cum Voto consultivo tantum, ac uno Relatore Causarum Civitatis, et Comitatus hujusmodi per eumdem Congregationis prædictæ Secretarium nominando, constituimus, et deputamus. In casu vero sive obitus, sive absentiæ, sive Promotionis dictorum Prælatorum, sive alicujus eorum, Nobis, et pro tempore existentibus Romanis Pontificibus Successoribus Nostris in cujuslibet eorum locum, alium sive alios eligendi, et subrogandi facultatem reservamus.

ANNO 1740. Clerico Cameræ; uno Votante Signaturæ Justitiæ, Secretario, Fiscali generali; et uno Causarum Relatore.

§. 4. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, nec de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu Intentionis Nostræ, aut interesse habentium consensu, aliove quolibet etiam substantiali, et formali, ac incogitato, et inexcogitabili, necessariamque expressionem requirente defectu notari, impugnari, infringi, retractari, aut in controversiam vocari, aut ad terminos Juris reduci ullo modo unquam posse; sicque, et non aliter in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. prædictæ Cardinales etiam de Latere Legatos, et alios quoslibet quacumque præeminentia, et potestate fungentes, et functuros,

Clausulæ præservativæ.

Aliter judicari prohibetur.